Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 78r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Interim & deum fuisse & hominem ex utroq; genere primum ppbis
varie innuentibus diximus: Isaias deum fuisse testatur his verbis: Fatigatus
est egiptus & negotiatio ethiopum: & sabba viri alti a te transgredient:
& tui erunt servi: & post te ambulabunt vincti compedibus & adorabit
te & te precabuntur: Quia in te deus est: & non est alius deus preter te:
Tu n. deus es & nos nesciebamus: Deus israel salvator: Confundentur &
revverebuntur omnes: qui adversantur tibi & cadent in confusione: Item
ppbia Hieremias sicut: Hic deus nr est: & non deputabitur alius absq; illo:
qui invenit omnem viam prudentie & dedit eam iacob puero suo & is
rael dilecto sibi: Post hec in terris visus est: & inter homines versatus est:
Item david in psalmo xliiij. Thronus tuus deus in secula seculorum: Virga
equitatis virga regni tui: deus dilexisti iusticiam & odio habuisti iniquitate:
Propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis: Quo verbo & nomen
ostendit: Siquidem ut supra docui: ab unctione appellatus est xpus: De
inde hominem fuisse eundem Hieremias docet dicens: Et homo est: &
quis agnovit eum: Item Isaias: Emittet eis deus hominem: qui saluabit
eos: iudicans sanabit eos: Sed & moyses in numeris ita loquitur: Orietur
stella ex iacob: & exurget homo ex israel: Propterea Milesius appollo consulto
utrum ne deus an homo fuerit: hoc mo rndit

Isaias

Qm apte Hieremias de xpo deo & hoie pdicat:

Moyses

Appollinis Milesij de xpo rnsum: Mortalis erit sedm carnem: sapiens portentifi cis operibus verum sub calde istinducibus comphensus cla uis & cruce finem amax complevit &:

Primo versu verum quidem dixit: sed argute consultorem fefellit lac
mentum veritatis penitus nescientem: Videtur n. negasse illum deum:
Sed cum fateretur sedm carnem fuisse mortalem: quod & nos predica
mus: consequens est: ut sedm spiritum deus fuerit: quod nos affirma
mus: Quid n. fuerit necessarius facere mentionem: cum satis esset di
cere fuisse mortalem: Sed veritatem prorsus negare non potuit quia ad
modum se res habet: sicut illud: quod autem sapientem fuisse: Quid ad
hoc appollo rndet: si sapiens est: Ergo doctrina eius sapientia est: nec alia
ulla alia: Et sapientes: qui sequuntur: nec ulli alij: Cur igitur vulgo p
stultis & vanis & ineptis habemur: qui sectamur magistrum & ipsorum
deorum confessione sapientem: Nam qd aut portentifica illum opera fe
cisse: quo maxime divinitatis fidem meruit: assentiri nobis iam videt:
cum dicit eadem: quibus nos gloriamur: sed colligit tamen se: & ad
demonstrat hiaudes recedit: redit: Cum n. verum veritate dixisset iam
deorum ac sui proditor videbatur: nisi qd ab eo veritas expresserat medi
tio fallente celassit: Aut ergo illum fecisse quidem opus miranda: verum